lente, debet delegari Ducibus, & eorum officiis in Africa constitutis pro annonis, & capitu per singulos annos prædendis. Ita Clarissimo viro *Duci Tripolitanæ* provinciæ, & hominibus ejus singulis fol. v. cap. CLIX. singulis cap. fol. DCCLXXXIII. Adsessori Ducis, & officio ac hominibus ejus, XL. ann. XCVI. S. sing. ann. cap. fol. VI. Simul fiunt pro ann. & cap. fol. DCLXXIV. Dividuntur sic, Adsessori in ann. VIII. cap. IV. Primicerio [1] in ann. VIII. cap. II. Ducenariis III. ad ann. VI. fol. fiunt. ann. capitis fiunt capitum. cap. Centenariis [2] VI. ann. v. fiunt. Fiunt ann. IV. & ad cap. I. fiunt ann. XVI. & ad cap. III. fiunt cap. VIII. Circitoribus [3] IX. semis. Aliis XI. ad ann. I. S. fiunt ann. XIV. fiunt. & ad cap. III. fiunt cap. XI. † Item viro clarissimo *Duci Byzacenæ* Provinciæ, & hominibus ejus ann. CXC. singulis in ann. fol. v. cap. CLVIII. singulis cap. fol. x. Simul fiunt pro ann. cap. fol. DCLXX. omnes dividuntur sic, Adsessori in ann. VII. cap. IV. Primicerio in ann. v. cap. II. Numerario in ann. VI. cap. III. Ducenario IV. ad ann. III. fiunt cap. III. Centenariis VI. ann. * ann. XV. & cap. I. fiunt cap. VII. Circitoribus IX. ad ann. * fiunt ann. XIII. & ad cap. III. fiunt c. VII. Circitoribus IX. ad ann. II. fiunt XVIII. & ad cap. fiunt an. * XIII. * cap. IX. semis. Alii XI. ad ann. III. * fiunt an. XIII. S. & ad cap. XI. † Item viro clarissimo *Duci Numidiæ* Provinciæ, & hominibus ejus ann. CXC. singul. ann. fol. VIII. cap. CLVIII. singulis cap. fol. IX. Simul fiunt pro ann. & cap. fol. CCCLI. XXXIV. Adsessori ducis & officio ejus hominibus XL. ann. & cap. fol. v. cap. XLIX. singuli cap. fol. v. cap. XLVII. II. singulis cap. fol. III. Simul fiunt pro ann. & cap. solid. CLXIV. S. Dividuntur sic, Adsessori in ann. XIII. cap. VI. Primicerio * ann. cap. III. Numerario [4] in annum IV. * Fiunt ad ann. XVI. & ad cap. v. centenariis ad ann. XI. S. Fiunt duodecim. & ad cap. capita VI. Biarchis VIII. Circitoribus [5] IX. ad ann. II. fiunt ann. CXXVII. & ad cap. III. fiunt cap. VIII. semis. Aliis XI. ad ann. II. fiunt ann. XVI. fiunt XV. & ad cap. III. fiunt cap. XI. † Item viro clarissimo *Duci Mauritaniæ* Provinciæ & hominibus ejus an. CXC. singulis an. solid. v. cap. solid. CC. CLX. XXXV. Adsessori Ducis, & officio ejus hominibus XL. an. XCVI. S* III. S. fiunt simul pro ann. & cap. fol. DCLXX. III. S. Dividuntur sic: Adsessori in ann. IX. cap. IV. Primicerio in ann. v. cap. I. Numerario in ann. cap. III. Ducenariis III. ad ann. III. S. fiunt ann. * & cap. III. fiunt cap. II. Centenariis III. ad ann. III. S. fiunt ann. * & cap. III. fiunt cap. II. * [Centenariis IX. ad ann. x. & ad cap. III. fiunt cap. v.] Biarchis [6] VIII. Circitoribus ad ann. VIII. fiunt ann. XVIII. & ad cap. III. fiunt capit. III. fiunt cap. XI. † Item viro clarissimo *Duci* [7] *Sardiniæ* insulæ, & hominibus ejus ann. CXC. singulis ann. solidi CCI. XXXII. Adsessori Ducis, & officio ejus hominibus XL. ann. XCVI. S. singulis ann. solid. * cap. XLVIII. singulis cap. solid. IX. Simul fiunt pro ann. & cap. CL. CI. XXXVI. Dividuntur sic, Adsessori ann. IX. & cap. III. Primicerio in an. II. cap. III. Numerario in an. cap. III. Ducenariis [8] IV. ann. III. fiunt ann. XVI. & cap. III. fiunt & cap. IX. Circitoribus IX. an. III. Fiunt an. XXIX. & cap. III. fiunt cap. IX. Circitoribus IX. ann. III. fiunt ann. IV. cap. IX. semis. Aliis XI. ad ann. XVI. fiunt & ad capit. III. fiunt cap. XI. §. 20. Notitia consuetudinum, quas in sacro latercolo, & in prætorio amplissimæ Præfecturæ per Africam, & in officio Magistri militum, pro tempore Dux præbere debet uniuscujusque militis [9], sic: In sacro latercolo sol. VI. In officio Magisteriæ militum potestatis pro infinuandis adminsitrationis suæ divinis nostræ Serenitatis adfatibus solid. XII. In officio amplissimæ Præfecturæ per Africam pro infinuandis ejusdem chartis, solid. XII. §. 21. Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostra statuit æternitas, effectui ea mancipari observarique præcipiat. §. 22. Emissa lex Idib. Aprilis CP. D. N. Justiniano P. P. A. IV. & Paulino V. C. Conss. [10]. §. 23. Et hæc notitia, Deo volente, debet delegari Judicibus, & eorum officiis in Africa constitutis pro annonis, & capitu per singulos annos præbendis. Item viro clarissimo *Duci Tripolitanæ* provinciæ, & hominibus ejus anno * nonagesimo singula annona solidos quinque capit. centum quinquaginta novem singulis cap. solidos ducentos octoginta duos: adsessori ducis, & officio ac hominibus ejus quadraginta annis nonaginta & septem. Item viro clarissimo *Duci Byzacenæ*, & hominibus ejus similiter. Item viro clarissimo *Duci Numidiæ*, & hominibus ejus similiter. Item viro clarissimo *Duci Mauritaniæ* provinciæ & hominibus ejus militer. Item *Duci Sardiniæ*, & hominibus ejus similiter.

§. 24. Item notitia confuetudinum, quas in sacro [11] latercolo, & in prætorio amplissimæ Præfecturæ per Africam, & in officio Magistri militum pro tempore Dux præbere solet uniuscujusque limitis, sic: In sacro latercolo sex solidos. In officiis Magisteriæ militum potestatis pro insinuandis divinis adminsitrationibus, seu divinæ serenitatis adfatibus, solidos duodecim: pro officio amplissimæ Præfecturæ per Africam pro insinuandis ejus chartis solidos duodecim. §. 25. Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostram statuuntur, æternitatis effectui mancipari observarique præcipiat.

TIT. XXVIII.
DE OFFICIO PRÆFECTI URBI [12].

De cura annonæ.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Volusianum Præfectum Urbis.

STudentibus nobis statum Urbis, & annonariam rationem aliquando firmare: in animum subiit, ejusdem annonæ curam non omnibus deferri potestatibus. Et ne Præfectura Urbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium [13] annonarium redundasset: eidem [14] Præfecturæ sollicitudinis necessitatem mandamus: sed non ita ut lateat officium Annonariæ [15] Præfecturæ: sed ut ambæ potestates, in quantum [16] sibi negotii est, tueantur civilem annonam: sitque solicetas muneris: ita ut inferior gradus meritum superioris agnoscat; atque ita superior potestas se exerat, ut sciat ex ipso nomine, quid præfecto debeatur annonæ.

De personis advocandis, vel non.
Præfectus urbis in provinciis agentes non evocat, nisi duabus ex causis.

2. Iidem AA. ad Ampelium Præfectum Urbi.

QUod promulgatis sanctionibus tua Sinceritas rescriptum esse non nescit, etiam ex præcepto nostro competenter observet: nec quasdam personas de provincia existimet advocandas, nisi [17] tantummodo suos officiales, & homines populares [18] hujus almæ urbis seditioni obnoxios.

Collatio præfecturæ urbis, & aliarum dignitatum.

3. Imppp. VALENS, GRATIANUS & VALENTIN. AAA. ad Rufinum Præfectum Urbi.

PRæfectura *urbis* [19] cunctis [20], quæ intra urbem sunt, antecellat dignitatibus, tantum [ex omni [21] parte derivatis,] quantum sine omni injuria ac detrimento honoris alieni [22] usurpat. Dat. 6. Kal. Jul. VALENTE A. V. & VALENTINIANO Jun. CONSS. 376.

Qui subjiciantur præfecto urbi.

4. Imppp. THEOD. VALENTINIANUS, & ARCAD. AAA. Severino. Comiti [23] sacrarum largitionum.

OMnia Corporatorum [24] genera, quæ in Constantinopolitana civitate versantur, universos quoque cives, ac populares [25] Præfecturæ urbanæ regi moderamine cognoscas.

De primicerio.

5. Imp. THEOD. A. Constantino Præfecto Urbis.

PRimicerius [26] adjutor tuæ sedis officii per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine prisæ ordinationis [27] meruit, curam insuper personarum [28], usurpatione omni, atque ambitione cessante, suscipiat: hoc etiam adjecto: ut, si quis ex memorato ordine, vel conditionis humanæ fine præventus, vel alia quacumque ratione, militiæ gradum propriæ amisisse monstrabitur, solitæ ambitionis injuria vacante, locum is, qui juxta [matriculæ] [29] veritatem sequitur, obtineat.

TIT. XXIX.
DE OFFICIO MAGISTRI MILITUM [30].

De provincialibus. De præfectura.

1. Imppp. VALENT. GRATIAN. & THEOD. AAA. ad Ensignium P. P.

VIri Illustres Comites, & Magistri peditum, & equitum, in [31] provinciales nullam penitus habeant potestatem: nec amplissima præfectura in militares viros.

De apparitoribus.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Hypatium Magistrum militum per Orientem.

APparitores per Orientem statutos officii [32] tui ad aliud judicium trahi minime oportebit. Sciat igitur illustris magnificentia tua, sub te, sive civiliter, sive criminaliter appetantur, eos litigare debere.

De his, qui ultra statutos militant. De tribunariis collationibus.

3. Imp. ZENO A. Sebastiano P. P.

EOs, qui [33] ultra statutos in officio Magisteriæ per Orientem potestatis militant, civilium quoque judicum sententiis super quolibet negotio subjacere [præcipimus:] ipsis quinetiam statutis in tribunariis collationibus civilium quoque judicum dispositionibus proculdubio parituris.

De translatione militum.

4. Imp. ANASTASIUS A. Joan. Magistro militum per Illyricum.

MIlites de locis, in quibus consistunt, ad [34] alia loca sine speciali nostræ Serenitatis auctoritate nullatenus transferri, præcipimus: ne eorum expensæ in locis, in quibus consistunt, minuantur. † Sed si forte quædam urgens & necessaria causa emerserit, utilitati ac securitati publicæ, tam amplissimam Prætorianam præfecturam, quam tuam fedem sine ulla procrastinatione prospicere protinus oportet, & suggestiones ad nostras aures destinare, indicantes tam loca, de quibus milites transferendi sunt, quam ea, ad quæ pervenire eos oportet: nominaque fortissimorum numerorum [35], in quibus iidem milites referuntur: nec non quantitatem annonarum; & ante omnia causam,

1 Primicerium Græci definiunt, *τὸν πρῶτον τῆς τάξεως*, vid. *ff. de primicerio & secundicer.* 2 *l. 1. ff. De sacris advoc. l. 4. ff. de agentibus in reb. l. 1. ff. de exact. tribut.* Olim centuriones dicebantur, 2. *Veget.* 13. Centena, ordo & dignitas promotionis. *l. 1. C. Theod. de Cohortalibus. l. 1. C. Theod. de murilegulis & Gyneciar. lib. 5. C. Th. de decur.* 3 Vid. *l. vers. Item viro.* 4 Hi tabularium munere fungebantur. vid. *ff. de numerariis, altior.* 5 Circitores vigilias circumibant, & si qua emeriset culpa, renunciabant. 3. *Veget. S.* 6 Biarchi officiales sunt, victui præfecti, quorum meminit Hieronymus ad *Pammachium*: hinc Biarchia, *l. 1. J. de off. magistri off.* 7 De quo 5. 3. *supr. hic.* 8 Ducenarii qui ducentis Scholaribus præsunt [*l. 3. J. de agentib. in rebus, l. 1. J. de lacris advoc. l. 1. J. de exact. trib. l. 9. C. Theod. de exact. tribut.* Cyprianus 1. *epist.* 4. Ducenarius potius quam Episcopus. Meminit hujus muneris Nicephorus *l. cap.* 33. Ducenarius est Vegetio, qui ducentos homines ducebat, 2. c. 8. Hinc ducenaria, *l. 1. J. de off. magist. off.* 9 Al. limitis. vide *l. 4. J. de offic. militar. jud.* S. L. 10 Id est, anno Christi 534. 11 De sacro latercolo alibi dicam.

12 *L. 1. ff.* 12. *περὶ ἐπάρχου πόλεως καὶ τάξεως, καὶ προσομιλῶν αὐτῷ*. *Synops. Basil. 6. tit. 4.* Hic magistratus (Præfectus urbi scilicet) institutus ab Augusto, testibus Suetonio & Aurelio Victore. 13 Id est, ad munus præfecti annonæ, *J. h. t.* 14 Adde *l. 1. §. 11. ff. h. t.* 15 Eadem annonæi potestas, *l. 22. C. Theod. de pistoribus.* 16 Vide ad hæc late Grammaticum *decis. 30. a num.* 2. ubi examinat, utrum jurisdictio competens inferiori dicatur competere privative ad superiorem, an cumulative. *Mod.* 17 Hinc colligunt, Certis casibus citationem extra territorium permitti. vid. quæ not. ad *l. 33. §. 1. supr. de Episcop. & Cleric.* 18 Hanc vocem Cujac. *hic*, & 8. *obs.* 28. refert ad factiones agitatorum quatuor, quæ in urbe erant: Venetam, Prasinam, Albatam, Russatam, quas Græci *δήμους* vocant. *Nov.* 13. & 17. *ff tit. 5. Epigramm.* hinc factionarii, *l. 1. C. Theod. de equis cur.* adde quæ not. ad *l.* 28. *§. 3. ff. de pœnis.* 19 Etiam Constantinopolitanæ, *c. Synops. Basil. 4. c. 11.* adde *l. 6. Harm. 1. §. 7.* 20 *Nov.* 27. *c. 2. in fin. Nov.* 62. *§. 2.* Calliodorus *in formula præfecturæ urbanæ*, Confidens supra omnes consulares sententiam primus dicit. 21 *Tantum ex omnium parte derivans.* 22 Ea de causa Capitolin. *in Pertinace* dicit, *C. Th. ad L. Jul. rep.* Comiti & Castrensi, *l. 12. C. Theod. de Palat. sacr. larg.* 24 Corporati a corporibus. Corpora *σωματα*, *c. Synopf. Basil. c.* 12. 25 Πολῖται dicuntur apud autorem Synopseos, *l. 1. cap.* 12. 26 Id est, primus, prior, antiquus adjutor. 27 Non intelligit legem 7. *J. de adv. diversf. judicum* quæ scripta est de advocatis Præfecturæ prætorianæ non urbicariæ, sed aliam quandam. vid. Cujac. 13. *obs. l.* 28 Curam epistolarum, Cujac. *ibid.* nam hæc cura numeratur inter officia præfecti urbi, & dicitur a Calliodoro, Cura canonicarum epistolarum, *lib.* 12. 29 Alii legunt *materiale*. De matricula alias dixi.

30 Primus Constantinus (auctore Zosimo) disciplinam militarem transtulit in magistros militum a Præfectis Prætorio. 31 Vid. *l. 3. J. de off. milit. jud. Edict. Justiniani* 4. *milit.* 32 Vid. *l.* 72. *ff. de furtis.* 33 *l. 1. J. de re milit.* 34 *l. 15. J. de re milit.* 35 *Virorum.* Quidam ita legunt: non recte nec litares. Numerus est catalogus militum seu breviculum, quo nomina militum continentur, *l. 4. l. 28. §. 1. l. 42. ff. l. 16. C. de legat. milit.* Numeri fortissimi, *Vexillationis.*

ob quam iidem milites transferendi sunt: ut post talem suggestionem, a nostra auctoritate competentia procedant.

De Armenia & Ponto Polemoniaco, & gentibus.

5. Imp. JUSTINIANUS A. Zetæ Viro Illustri, Magistro militum per Armeniam, & Pontum Polemoniacum, & [cæteras] gentes.

CUm propitia divinitate Romanum nobis sit delatum imperium: sollicita cura, cauta diligentia pertractantes perspeximus oportere etiam partibus Armeniæ [1], & Ponto Polemoniaco [2] & gentibus prorium Magistrum militum per hanc legem constituere: tuamque magnitudinem, quæ nobis ex ante gestis optime commendata est, idoneam ad talem fore dignitatem confidentes elegimus: certasque Provincias, id est, magnam Armeniam, quæ interior dicebatur, & gentes Anzitenam [3] videlicet, Ingilenam, [Astyanenam [4], Sophenam [5], Sophonenam [6], in qua est Martyropolis [7], Belabitenam [8], & primam [9] & secundam [10] Armeniam, & Pontum Polemoniacum tuæ curæ cum suis Ducibus commisimus, comite Armeniæ penitus sublato: cunctosque subdimus numeros, non modo quos in præsenti novos constituimus, sed etiam de præsentalibus [11], & Orientalibus, & aliis agminibus segregatos, non tamen eorum quantitatem agminum minuentes: sed quia plures eis addidimus sine Reipublicæ gravamine; & sine augmento sumptuum, aliquantos subtraximus: ita tamen, ut post hanc subtractionem ampliores remanserint, quam usque ad nostra felicia fuerant tempora.

TIT. XXX.
DE OFFICIO QUÆSTORIS [12].

De minoris latercluli cura.

1. Imp. THEODOS. A. Saluftio Quæstori.

TOtius minoris [13] latercluli [14] curam scias ad tuæ Sublimitatis sollicitudinem pertinere: ita ut tuo arbitratu, & [15] scrinio memoriæ totius minoris latercluli dignitates, hoc [16] est, Præfecturæ, omnes Tribunatus, & Præposituræ castrorum, juxta consuetudinem prisçam Clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur. Dat. 6. Kal. Maji, *Const.* CASTINO & VICTORE CONSS. 424.

2. Idem A. Helioni Comiti & Magistro officiorum.

OMnes minoris latercluli dignitates; quæ sub cura quidem ac sollicitudine viri illustris Quæstoris esse antea videbantur, postea [17] vero, vel universæ, vel mediæ ad Magistrorum militum potestatem, dispositionemque transierant; placuit nunc Clementiæ meæ, vetusti temporis more revocato, ad prisca deinceps jura revocare. Dat. 3. Kal. Maji suprascriptis CONSS. 424.

De officiis & conditionibus non usurpandis.

3. Imp. ANASTASIUS A. Eusebio Magistro officiorum.

OFficia & conditiones, quæ pertinent ad viros devotos in sacro scrinio memoriæ militantes, nemini liceat sub quacunque occasione sine ulla divinæ subscriptionis liberalitate peragere: eo, quicunque in hoc fuerit postea facinore convictus, publicatione bonorum suorum multando: Officio quoque rectoris Provinciæ, in qua non allegato super gerenda sollicitudine sacro rescripto aliquis ausus fuerit eandem curam sibimet usurpare, trium librarum auri dispendio feriendo. Dat. Kal. Mart. *Const.* ANASTASIO A. & RUFINO CONSS. 492.

TIT. XXXI.
DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORUM [18].

De privilegiis servandis. De creationibus.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Agentes in rebus.

PRivilegiis dudum scholæ vestræ indultis, [&] integris reservatis, ad ducenariam [19], centenariam [20], & biarchiam [21] nemo suffragio, sed labore unusquisque perveniat: Principatum vero adipiscatur matricula [22] decurrente: ita ut ad curas agendas, & cursum illi exeant, quos ordo militiæ vocat [23], & ejus laborum adjutor. Præterea in [24] quo totius scholæ status, & magistri securitas constituta est, idoneus [25] probitate morum ac bonis artibus prædituş, nostris per Magistrum obtutibus offeratur, ut nostro ordinetur arbitrio. PP. *Romæ* in foro Trajani.

De ordine militiæ servando.

2. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Patricium Magistrum officiorum.

NEmo agentium in rebus ordinem [26] militiæ, atque stipendia prævertat, etiamsi nostri nominis per obreptionem detulerit indultum; ac si quis formam admissi istiusmodi docebitur obtulisse: in locum, ex quo indecenter emerserat, revertatur: ut is gradu cæteros antecedat, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. PP. *Hadrumeti.*

De senatoribus & ducenariis.

3. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Pleitio [27] Comiti, & Magistro officiorum.

SCholarium nostrorum devotio probata a nostris parentibus, circa maximæ serenitatis nostræ affectionem enituit: Unde quidquid ad fovenda fervandaque eorum privilegia postulatur, statim credidimus admittendum. Ideoque suggestionem tui culminis approbantes, viris spectabilibus Comitibus scholarum verberandi, degradandive [28] Senatores & Ducenarios licentiam denegamus: Ea namque, quæ tali commotione digna sunt, ad tuæ sublimitatis volumus referri notitiam.

De militum numero, castrorumque & clausurarum cura.

4. Iidem AA. Nomo [29] Magistro officiorum.

CUræ tui [perpetui] culminis credimus injungendum: ut super omni limite sub tua jurisdictione constituto, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorumque ac clausurarum [30] cura procedat, quotannis significare nobis propria suggestione procuret. Dat. 2. Id. Sept. *Constant.* MAXIMO II. & PATERIO CONSS. 443.

De creandis, 1. Vel subrogandis scholariibus. 2. De quadrimenstruis brevibus conscribendis.

5. Impp. JUSTIN. & JUSTINIAN. AA. Tatiano Magistro officiorum.

JUbemus eum ad militiam devotissimorum scholarium de cætero pervenire, qui nostrum meruit judicium: nec licere pro tempore tui culminis administrationem habenti, sine hujusmodi probatoria [31] aliquem inter eosdem viros devotos scholares [32] suis referre præceptionibus: sed sciat is, qui sine sacro rescripto ad eandem pervenire militiam ausus fuerit, non solum ea se privari, verum etiam pœnæ viginti librarum auri subjici. §. 1. Illud etiam observari de cætero volumus: ut si quis locus statusve Scholarium in quacunque schola vacaverit, ille subrogetur, quem nostra pietas per sacrum rescriptum vacantem subire locum præceperit. §. 2. Ad hæc quadrimenstruos [33] breves eorundem Scholarium curæ tuæ Sublimitatis, & pro tempore viri excellentissimi Magistri officiorum conscribi volumus, & eos sacro scrinio latercluli præsitari, ibi deponendos: ut semper notitia eorundem Scholarium certa sit, neque publico damnum aliquod infligatur. Dat. 10. Kal. Maji, *Constantinop.* MAVORTIO V. C. COS. 523.

TIT. XXXII.
DE OFFICIO COMITIS [34] SACRARUM LARGITIONUM [35].

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Limenio [36] Comiti.

PAlatinis hæc cura debet esse præcipua, ut, periculo proprio Notariis destinatis, super negligentia Judicum (si ita res exegerit) conquerantur, ne eorum sit impunita desidia. §. 1. Judices quoque de eorum nominibus referre convenit, quos commodis propriis magis, quam utilitatibus publicis studere providerint: Breves etiam quadrimenstruos [37] ad officium palatinum noverint dirigendos: aurumque exactum ad sacras [38] largitiones

1 Vid. *Novell.* 31. de descriptione quatuor præsidum Armeniæ. 2 De quo vide *Novell.* 28. 3 Anzethenam, *Nov.* 31. *c. 1. §. 3.* 4 Astenaenam, *dict. cap. 1. §. 3.* 5 Ophenam, *dict. cap. 1. §. 3.* 6 Σοφανηνὴ, *Armian.* 7 *dict. cap. 1.* 8 Balabithenam, *dict. cap. 1.* 9 Armeniæ primæ, quæ & minor Leucosyria Græcis, Hebræis Ararat: hodie Anadnole, si credimus Gyrave: Pegian, si fides adhibenda Gastaldo. 10 Armenia secunda, quæ & major, Hebræis Aram, teste Aria Montano, hodie Turcomania dicitur Mercatori & Gyrave: Thevetus scribit a Meliopotamis, & Perfis Thoura Aremnoe, id est, montes Armeniæ: & a Nestorianis Zelbridibes, id est, montes a lupis habitatos appellari. Verum mihi fuerant, *ex ejus, quarter ou ferveie*: hoc est, Comitatui Principis juncti. *l. ult. §. 1. 7. 8. J. de re milit. l. 4. J. de apparitoribus magist. milit.* Sic præsentales domestici, *l. 6. §. 3. J. de advoc. diversf. judicum. l. ult. J. de domest. & protectoribus.* Id est obsequio Principis diuturno deputati, *l. 13. J. de re milit.* Sic præsentales milites, præsentales numeri, *l. ult. in fin. J. de re milit.* & præsentes ordines apud Nicephor. 17. *Histor.* 1. & præsentalis curiosus cursus publici, in Notitia Imperii Romani: & *ἐφεστηκὸς τῶν παραστατικῶν*, in *Edict.* 13. *Justiniani.* vid. *Brissonium.* 12 *l. lib.* 12. *tit. 6. l. D. J.* 13. *Nov.* 80. 6. *Edog.* 6. adde *Nov.* 41. 13 Latercluli minori continebatur notitia minorum dignitatum: in majori majorum. Illi quæstor: huic primicerius notariorum & tribunorum præerat. Per quæstorem igitur Principes largiebantur minores dignitates. Per eundem etiam interdum principes pecunias suas largiebatur & majores dignitates. Calliodorus *in formulis.* Quemadmodum & Quæstori non hoc tantum munus fuit: per eum etiam in Senatu orationes, epistolæ & libelli Principis recitabantur, & quia sæpe ex plebe (aliorum litteratorum penuria) assumebatur, honor & titulus Quæstoris ei deferebatur, ut ingredi senatum posset: lapsu temporis consilio Principum quæstores adhuerunt, & ad preces responderunt, leges dictarunt: unde a Symmacho quæstor dictitur precum arbiter, & legum conditor: & a Calliodoro 12. Principis imago, vox & cultos legum: & in Novell. Valent. *de homicid. casu fortuito.* Jultitiæ & legum custos, thesaurus famæ publicæ, armarium legum. Idem postea *μέγας λογοθέτης*: novissime Cancellarius, Nicetas 7. *Annal.* Quæstor ipse a Calliodoro 13. Galli, *le petit roule.* vid. Cujac. *hic.* 15 Exque scrinio. 16 Nota dignitates ad curam militarem pertinentes. 17 Munus latercolorum aliquando commissum fuit *nris.* Armian. 20. Ambros. 7. *epist.* 53. Nicephorus 10. & *aliis infinitis locis*: adlicorum fcilicet *τῶν τῆ αὐλῆ τάξεων*. Suidas in Theodosio: *ἡγούμενος τῶν βασιλικῶν*, *Theodor.* id est, minister um Principis, quorum moribus præerat: ministri Principis, ministeriani, cubicularii, silentiarii, decani: & breviter, disciplina morum ad eum in Palatio pertinebat. Senatores etiam in consistorium Principis inducebat, ende a Cassiodoro, donatarum auctoritatum, quasi alter lucifer appellatur. Curam præterea gerebat cursus publici. *l. 9. J. de cursu publico.* & fabricæ armorum, fabricensium limitaneorum militum, militum supernumerariorum. vid. Cujac. *hic*, & Petrum Fabrum 1. *Semestr.* 5. si ita est. in solas plurium Gallicorum magistratuum munus sustinuit. 19 Vid. *l. 1. J. de exact. tribut.* 20 Vid. *l. 2. §. 19. supr. de off. præt. prat. Afr.* 21 *dict. §. 19. vers. Item viro.* 22 Matercula, *Hal. l. ult. in fin. fupr. de off. præf. urb.* 23 *Aff.* vocat, & labor. Adjutor præterea &c. Cujac. *ad l. 5. J. de principalibus agentium in rebus: ut in l. 20. C. Theod. de agentibus in rebus.* qui militiæ laborę atque ordine decurfis, *l. 4. C. Theod. de curiosis.* quatenus labore atque ordine ad cursum dirigaminii. 24 Securitas scholæ in probis scholaribus consistit. 25 *l. 6. J. ad legem Jul. repetund. Nov. 8. c. 10. 8. vers. Quapropter. Nov.* 161. *c. 1. in princ.* Quis? adjutor. 26 Vid. *l. 7. J. de proxim. facr. scrin.* 27 Al. Phylegetis.

28 Regradandi, *Hal. l. 1. in pr. J. de privileg. scholæ.* 29 Nonio, Cujac. 3. *obs. pen.* 24. Quanquam in *Novella Theod.* 31. & 32. editum Numo. 30 Ex hoc verbo Cujac. 3. *obs.* 24. emendat legem 4. *J. de off. milit. jud. l. ult. J. de off. mag. mil.* clausuræ, clusuræ, clisuræ, *κλεισοῦραι, ὀχυρώματα τῶν διαστημάτων*, Suidas. Procopius 3. *de aedif. Just.* Anna Imperatoris Alexii, *lib.* 10. Calliodor. 2. *variar.* Vopiscus *in Bonoso.* Claufæ, clufæ, interpolitiones. Lutegrandus 1. *cap.* 2. 5. Ado, Sigebertus, *τὰ ἐπιπήγνυμενα τραπέζαις ταῖς ὀχθαις τῶν ποταμῶν. Herodian.* Burgi, castra, castella, *l. 2. §. 4. supr. de off. præfect. prat. Afr.* Vallum, Cassiodor. *in Chronico.* Præventure, *Ammian.* 14. his adhuc historiæ naves prohibendis barbarorum incursionibus idoneæ. *C. Theod. de luforiis Danubii.* vid. Petrum Pithœum 1. *Advers.* 14. 31 De prolatoria dicam ad *l. 9. J. de diversi. offic. & apparit.* 32 De scholaribus dicam *l. 9. J. de privil. Scholarum.* 33 De quibus vid. *l. 1. vers. Hoc etiam. J. de apochis public.* 34 Comes sacrarum largitionum olim præfectus ærario dicebatur. Sed vox Comitis omnibus postea magistratibus data, qui Principis comitatum observarent, & tandem ad omnes præpositos. 35 Comes sacrarum largitionum, Comes Thesaurorum Principis. Largitionum dicitur, quod ex thesauris quisque liberalitatem Principis expecter, quod ad exercendam liberalitatem destinati esse debeant. Huic Comiti parebant fiscales comites largitionum, diffusi per provincias, comites metallorum, rationales summarum, præpositi thesaurorum, procuratores monetarum, procuratores Gynecæorum, id est, textrinorum sacrorum, & similes. vid. Cujac. *hic.* ab eo præbebantur pondera auri, argenti, seris. *Novell.* 128. *c. cap.* 15. 36 *Limenius* hic idem poltea PP. Galliarum fuisse videtur: cujus meminit Rutilius *lib. 1. pag.* 208. I. G. Eidem inscribitur *l. 10. J. de off. Rector. prov.* 37 Vid. *l. 1. vers. Hoc etiam. J. de apochis publi.* 38 Vid. *l. 1. J. de cenone largitionalium.*

fine